


sanas, et ignoscéndo consérvas : præsta supplícibus tuis ut et tranquillitatibus hujus optatæ consolatiónis lætémur, et dono tuæ pietatis semper utámur. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum, etc.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

V. Exáudiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

V. Et fidélium ánimæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. R. Amen.

Rocie con agua bendita, si no está patente el Santísimo.



### Preces en tiempo de hambre y necesidad.

En todo guárdese el órden que en las Letanías mayores, fólio 284, y en las preces se dirá dos veces : *Ut fructus terræ dare, et conservare digneris*, y al fin de ellas y del *Pater noster*, se dirá el siguiente

### PSALMUS 22.

**D**OMINUS régit me, et nihil mihi déerit : \* in loco pa- scuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectionis edu- cavit me : \* ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, \* propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in me- dio umbræ mortis, non timébo mala : \* quóniam tu mécum es.

Virga tua, et báculus tuus, \* ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos qui trí- bulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : \* et cálix meus iné- brians quám præclárus est.

Et misericordia tua subséque-

tur me, \* ómnibus diébus vitæ  
meæ.

Et ut inhábitem in domo  
Dómini, \* in longitúdinem dié-  
rum.

Glória Patri et Fílio, etc.  
Sicut erat in principio, etc.

V. Dómine, non secúndum  
peccáta nostra fáciás nobis.

R. Neque secúndum iniqui-  
tates nostras retríbuas nóbis.

V. Oculi omnium in te spé-  
rant, Dómine.

R. Et tu das illis éscam in  
témpore opportúno.

V. Meménto congregatiónis  
tuæ.

R. Quam possedísti ab initio.

V. Dóminus dábit benigni-  
tatem.

R. Et terra nostra dabit fru-  
ctum suum.

V. Dómine, exáudi oratióne-  
mam, etc.

V. Dóminus vobiscum. R. Et  
cum spíritu tuo.

Orémus.

**T**NEFFABILEM nóbis,  
Dómine, misericórdiam  
tuam cleménter osténde : ut si-  
mul nos et á peccátis ómnibus  
exuas, et á poenis, quas pro his  
merémur, erípias.

Da nobis, quæsumus, Dómi-  
ne, piæ supplicatiónis efféctum,  
et famem propitiátus avérte : ut  
mortálium corda cognóscant, et  
te indignánte talia flagélla pro-  
díre; et te miseránte cessáre.


Pópulum tibi súbditum, pro  
peccátis suis, fame laborántem  
ad te, Dómine, converte propí-  
tius, qui quæréntibus régnum

tuum omnia adjiciénda esse dixisti. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre, etc. Amen.

**V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**V.** Exáudiat nos omnípotens, et misericors Dóminus.

**R.** Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. Amen.



### Procesión en tiempo de mortandad y peste.

En todo guárdese el órden que en las letanías mayores, fólio 284, y en las preces, despues del **V. A morte perpetua, etc.**, se dirá dos veces : *A peste, fame et bello.* Y concluido el **V. Ut ómnibus fidélibus defunctis, etc.**, se dice : *Ut á pestiléntiæ flagello nos liberáre dignérис.* Al fin de las preces se dirá : *Pater noster, etc.* y luego el siguiente :

### PSALMUS 6.

**D**OMINE, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum : \* sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : \* sed tu, Dómine, úsquequo?

Convrétere, Dómine, et éripe ánimam meam : \* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum : \* lácrymis meis strátum meum rigábo.

Turbátus est á furóre óculus meus : \* inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite á me omnes, qui operámini iniquitátem : \* quó-